

2<sup>um</sup> Praeterea vero hic pro majori claritate verba referre ejusdem Benedicti XIV, lib. 6, cap. 6, de Syn. Dioc. sic exarata: "Cum conjugum alterum ratione loci in quo habitat, tum ratione societas in qua vivit, exceptus sit a Tridentine Synodi lege, exemptione quam ipse fruitur alteri parti communicata reminet propter individualitatem contractus vi cuius exemptione quae unius ex partibus competit ad alteram, secundum etiam civiles leges extenditur eidemque communicatur." Quae verba, ut videre est, tam sunt clarae et aperta, ut nullum relinquant dubitationi locum super validitatem istiusmodi matrimonii.

**Quæritur 5.** Matrimonium duorum catholicorum inter se solos contructum absque ullo teste, vel coram duobus testibus in loco ubi non possunt recurrere ad ministrorum alienigenas sacerdotis approbat, validumne est?

**Respondetur:** Primum matrimonium est validum pro iis dioecesis Quebecensis incolis, qui missionaris tantum utuntur; sacra enim Congregatio de Propaganda Fide, anno 1820, decrevit: "Pro incolis dioecesis Quebecensis, qui missionarii tantum et donec utuntur, non esse locum decreto Concilii Tridentini *Tametsi*, nullo habito respectu majoris vel minoris distantie; et missionarii earent referre matrimonia celebrata in coram regestu Ordinario respectivo tradendo." Quibus ex verbis patet incolas praedictos matrimonia inire posse, nec parochus adstante, nec testibus ullis; quoniam utraque obligatio ex eodem proveniat Tridentino decreto *Tametsi*, cui locum non esse declaravit prelaudata Congregatio. Secundum vero de iis incolis affirmandum est, qui in locis habitant, ubi sunt parochia constituta; illi enim nullo modo a lege Tridentini decreti immunes haberi possunt ut proinde ipsorum matrimonia irrita fiant si nullo teste presente contrahantur.

Secundum matrimonium, de quo in dubio fit mentio, validum quoque habendum est, sacra enim Congregatio Concilii die 30 martii, anno 1669, declaravit quoniam sicuti catholicus parochus aliusve sacerdos, vel omnino non adsit, vel illius adest libera potestas non sit, matrimonia, etiam nullo adstante sacerdote contracta, valida censeantur, dummodo coram duabus testibus contrahantur. Pius etiam VI huic inhaerens declarationi, rata habuit matrimonium in Gallicis tempore revolutionis contracta, cum Ecclesia legitimis pastoribus distibuerantur.

**Quæritur 6.** Cum pars una catholica et pars altera haeretica desponsantur coram magistratu et uno tantum teste, vel coram ministro protestante et uno itidem teste, potest ne magistratus vel minister, ut alter testis censeri? Matrimonium vero ejusmodi validumne est?

**Respondetur:** Matrimonium est validum pro partibus Canadae ob declarationem Benedictinum inibi extensum. Repetendum hinc est quod jam satis superque monimus, matrimonium hujusmodi valida semper esse etiam nullo adstante teste contrahantur. Superfluum itaque videtur percontari utrum magistratus aut minister haereticus velut alter testis possit existimari. Cur tanta de altero teste sollicitudo, cum in casu de quo agitur ex collato Indulto nullius testis praesentia ad matrimonii validitatem exigatur? Leges autem saeculares, si quae in Canadae regionibus videntur, matrimonia clandestina rescedentes coram Ecclesia vi nullam pollicere meritoque explodendas esse jam supradicta monimus in responsive ad dubium primum. Diligenter itaque commenendi sunt qui in Canadae regionibus matrimonia praedicta sic contrahunt, se in foro conscientiae saecularibus illis legibus non teneri, siue coram Deo conjunctos esse ut nullam possint hominum potestate divelli.

**Quæritur 7.** Matrimonium duorum catholicorum inter se, adstantibus duobus testibus, contractum coram parroco, invito et reluctante estne validum?

**Respondetur:** Validum. Sic decrevit sacra Congregatio Concilii anno 1581, respondens tertio quesito episcopi Giennensis, sic expresso: "Si invitum et compulsus per vim adsit sacerdos, cum contrahatur matrimonium," utrum tale matrimonium subsistat? Responsus fuit "subsistere."

**Quæritur 8.** Cum catholicus se simulat protestantem aut apostamat, eo consilio ut matrimonium ineat cum muliere catholicâ coram ministro protestante et duobus testibus: ejusmodi matrimonium estne validum?

**Respondetur** negativè. Cum enim alter conjugum haeresim simulat aut apostasiam, non ideo catholicam fidem ex animo deserit. Quocirca cum ambo conjuges sint reipublica catholicî, clandestinitatis impedimento tenetur. Quod si conjugum alter non haec simuleret solum sed vere animo a catholicâ fide deficeret, ad haereticam transiens pravitatem, tunc profecto mixtum exsurgeret matrimonium quod ratum habendum esse ex superiori dictis, manifestè appareat.

**Quæritur 9.** Duo catholici dioecesis Quebecensis non nihil impedimenti obesse animadverentes ne matrimonium contrahant, in fraudem legis ad illud inenundum coram magistratu, pergit ad Federatas Americae Septentrionalis Ditiones, quibus in regionibus facta nunquam est Tridentini decreti *Tametsi* promulgatio. Ratumne habendum est matrimonium ejusmodi?

**Respondetur:** Ratum, si conjuges transferant etiam domicilium; irritum, si primum domicilium retineant. Lubet hie resolutione a sacra Concilii Congregatione tribus dubiis datas asserre, ex quibus patet apertissime quoniam sit Ecclesiae mens circa hos similescasus. Quæstionem itaque fuit:

I. An incolae tam masculi quam feminæ loci in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum in quo dictum